

post patrem suum regem rudolfum  
non eligebatur, sicut hactenus con-  
sueverat, sed in una parentela  
regnum duraret romanum, et supra  
dicitur et, quod prius frequentes regna-  
bant post patres vel alii consangui-  
nei successive, sicut hoc a tempore  
Alberti Ottonis plus fuerit de consue-  
tudine quam de iure, ob hoc oppo-  
suit se regi adolfo congregans magnam  
exercitum contra ipsum in pugnam  
iuxta remm. In qua pugna perdidit  
ipsum adolfum, dominum suum, an-  
no regni sui sexto et ipse pro eo postea  
regnavit faciens bonam pacem. Sed  
quia dicit scriptura: "In quo quis pec-  
caverit, in hoc et punietur," sicut  
ipse occidit dominum suum propri-  
um, et a ipse anno regni sui deci-  
mo in festo sanctorum iacobi et phi-  
lippi ab eo, cuius fuit dominus,  
videlicet a iohanne, duce austrie,  
filio fratris sui, turbatus occidit.  
Huius est enim iudex relictis  
reddens unicuique secundum opera  
sua. Inbrege adolfo bonifacius  
papa octavus scripsit sextum librum  
secretalium. Nota etiam, quod al-